deus non extinguat. Nihil tamen apud nos mutatum est, et metuimus ne dissolutis Comitiis Caesar ipse veniat armata vi suum Interim obtrusurus. In his molestiis periculorum et cogitationum magnae nobis consolationi fuit vestrum consilium quod τῷ πανηγυρεῖ in commentum dedistis. Deus benedicat vobis et illuminet vultum suum super nos ut amplius toti Germaniae prodesse possitis. Scio .n. a vestris lectum, animos eorum commovisse, etsi legisse dissimulent.

Nunc consultatur quibus speciebus, conscientias non laedentibus, oculi Caesaris ita possint perstringi ut obediendi voluntas appareat, et pietas non laedatur, qua in deliberatione opera dabimus, ut ignorantiae multitudini ita consulatur, ut tamen doctrina non vitietur, neque ulla superstitiosa ceremonia restituatur. Hoc aut obtinebimus aut sponte exulabimus, aut etiam si necesse sit, moriemur.

Si quid amplius apud vos deliberatum, decretumque actum est, quod nobis vel consilium vel consolationem suppeditare videbitur, quaeso

ut si tibi vel non vacet, vel prae senio molestum est, per aliquem idoneum ad nos perscribi cures. Deus pater Domini nostri Jesu Christi canos ~~[illegible]~~ tuos sustentet melioribus temporibus, ut tandem aliquando cum Simeone laetus dicere possis: Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Quod ut mihi quoque quinquagenario contingat vestris precibus obtinere conemini. Bene vale in Christo.

Tuus

Andreas Osiander

Domino Philippo Melanthoni M. Vitus Theodorus de Interim Caesaris et statu suae Norimbergensis Ecclesiae aliarumque urbium sic scripsit.

Salutem in Domino. De magistratu nostro audivisti. Sicut autem ~~[illegible]~~ omnium praeter expectationem id accidit, ita vehementissime perturbati sumus, nec possumus aliud quam exilium sperare, quod multi ex fratribus ultro delegerunt. Brentius cum suis deseruit Halam. Musculus Augustam. Apud nos

iam sunt vos Ratisponensis Ecclesiae ministe-
rium D. Nopus. De ministeriis oppida-
nis nihil dico, quia nostri ... exemplum
fere omnes secuti sunt. Ita nunc et hic
Characteres signati sunt, quorum maiores
agni nomen in fronte gestant, et cum
magna laude veritatem amplectebantur.
Ego nonnunquam varia cogito, Nam morbo sic
afflictus sum, ut in conclavi suis ~~sat~~ diutius
gestari non possim. Cogor igitur spectator
esse huius tragoediae, quemcunque tandem
exitum est habitura. Filius Dei tot nunc
sanctos et pios doctores, quibus veritas Ecclesiae
confirmas et regis, gubernet. Video te
Pauli doctorem. Hic unus libellus magni
thesauri instar est. Dominus benedicat
vobis et tueatur vos in tanta perturbatione.
Bene vale. Datae Noribergae. VI. Julij. 1548

Theodoricus
Vitus.

Ad eundem Philippum Hieronimi Baumgartneri Senatoris Norimbergensis epistola.

S. Etsi mirabiliter me exerciant Scholarum

dissipatio, superioris anni, tamen utriusque rur-
sus videam restaurari nonnihil spei redde-
bar, fore ut pro immensa bonitate sua re-
liquiae saniora verae doctrinae dominus.
Sed tam certe quidem parum tantum ab El-
phantinis, non modo scholas, sed et Eccle-
sias et politias haurire incipit. Nos spe nostra
quarum moderationum per quas retineri sunt,
τὰ ὅσια δόγματα, utrunque περὶ τῶν
indifferentibus
ἀδιαφόρων fuerit solamus alumnis.
Utinam exilium, quod et mihi fortassis feren-
dum erit, nos coniungat, aut mors eripiat
futuris calamitatibus. Christus nos respiciat
et nomini suo det gloriam. Caeterum quo
in loco res omnes apud nos sint ex Stro-
dena audies, neque enim scribere tutum est.
Dominus vestram Ecclesiam et Scholam
in qua venatum est diuinum hoc ministe-
rium, ita tueatur, ne qui dicant gentes,
Ubi est Deus eorum? Vale pridie Chiliani
1548.

H. Baumgartnerus